

## IVLII EXVPERANTII OPVSCVLVM

Cum Lucius Metellus proconsul contra Iugurtham in Numidiam exer- 1 (I)  
citum duceret, Marium ex gregariis militibus genere ignobilem sed uirtute  
praestantem secum habuit. quem cum militibus quaestorem fecisset, ita 2  
5 se factis fortibus promiserat, ut hostibus terrori, Romano imperatori  
carus esset.

Sed uictimas immolanti numinibus in oppido Numidarum, cui nomen 3  
est Vtica, haruspices magna quaedam impendere Mario responderunt  
atque hortati sunt, ut quae uellet auderet peteretque celsiora natalibus  
10 meritisque maiora: siquidem cuncta uidebatur fauor spondere fortunae.  
tunc capiendi consulatus inuasit magna cupiditas: ad quem petendum 4  
paratis suffragiis, relicta prouincia [Metello] Romam uenit. ibique de 5